

**2145** L. Tros[*i*]us L. f. Pup. | Maximus Tergeste, | 7 coh. XI urb., | militavit 7 coh. II vig., | evoc. Aug. a quaestion. | pr. pr.<sup>1</sup>, speculator Aug. | in coh. X pr., vix. an. LV, | mil. an. XXXIII, t. f. i. | In fr. p. XII | in ag. p. XIII.

*Romae (VI 2755 semel descripta saec. XVI). — 1) A quaestionibus praefecti praetorio.*

**2146** Q. Gavius Q. f. | Arn. Clemens | Clusio, evoc. | Aug. | a quaestionibus (*sic*).

*Clusii (XI 2408 vidit Bormann).*

**2147** d. m. | Valerius Taurus miles cortis | VII pretorie, centurio<sup>1</sup> evocatus, qui visit<sup>2</sup> | annis XXXVII, remisit<sup>3</sup> filios duos geminos | pisinus<sup>4</sup> anucus<sup>5</sup> et mesero<sup>6</sup> VIII<sup>7</sup>, compare sua | vist bene, nationatu Panonius, uxor fecit | bene merent.

*Romae (VI 2662 vidit Mommsen). — 1) Abusive hunc militem olim cohortis praetoriae, deinde evocatum, dictum esse centurionem putat Mo. eph. 5 p. 146 not. 4. — 2) Vixit. — 3) Dictum videtur esse pro: reliquit. — 4) Pisinus = pisinus, pusillus. — 5) Anniculos. — 6) Mensium. — 7) Inserere: cum.*

**2147<sup>a</sup>** L. Seugoni Agrippini evok. | Aug. n. [c]oh. VIII praet. | p. v. S[*ev*]erian., Sextilia | Maximilla heres | itemq. uxor coniug. | rarissimo | speranti.<sup>1</sup>

*Tergeste (V 345 vidit Mommsen). — 1) Sperans Agrippinus dicitur ideo, quod mortuus est eo ipso tempore, quo fieri debebat centurio (Mo.).*

**2148** G. Lae[*torio*] Mar[*tiali*] evocato | maioriaro<sup>1</sup>, patri | dulcissimo, | G. Laetorius m.<sup>2</sup> | Martialis | filius eius memo[*riae*] causa, | vixit annis | XXV.

*Tyanis Cappadociae (III S. 6775 vidit Ramsay). — 1) Cf. adnotationes Mommseni ad C. VI 4611. 3445. IX 1095. 3550. VIII S. 14691. — 2) m videtur delenda esse.*

**2149** T. Iulius T. f. Voltinia | Paternus evocatus | Aug., militavit | an. in cal. XVII, in cal. VII<sup>1</sup>, | vixit an. | XXXXIII.

*In monte Pago prope Smyrnas (III S. 7408 Mommsen vidit ectypum). — 1) Sic lapis exemplo ab operario Graeco male expresso; requiritur evocat. VII (Mo.).*

**2150** d. m. | L. Antistio | L. f. Sab. Quietio | evoc. Aug. ab | indices, fecit | Maria Iusta | mater filio | pientissimo.

*Prope Romam rep. (VI 3444 descr. Borghesi).*

**2151** d. m. | P. Aelio P. f. Basillide Palatina | Nicomedia, | evoc., Fl. Valens | collega fec. fra[*tri*] pientissimo.

*Salamine Cypri (Journal of hell. studies 12, 1891 p. 170 descr. Munro).*

**2152** Sex. Atusius | Sex. fil. Fabia | Roma Priscus | evoc. Aug. | primus omni[*um*] aram Tiberino | posuit quam cali[*gatus*] voverat.

*Hortae ad Tiberim rep., est Romae (XI 3057 vidit de Rossi).*